



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IO. FRIDERICI HERTELII, IC.  
CODICIS ET NOVELLARVM PROF. ORD.  
IN ALMA SALANA

---

PROLVSIO ACADEMICA  
DE  
**H A R M O N I A**  
**PRAESTABILITA**  
**IVRIS ET IVSTITIAE**

---

QVA  
PRAELECTIONES SVAS TAM PVBLICAS  
QVAM PRIVATAS NON SOLVM AD ACCVRATAM ET SO-  
LIDIOREM THEORIAM SED ETIAM AD GENVINVM  
VSVM PRACTICVM DIRECTAS

RITE INDICIT  
A V C T O R.

---



---

VIENAE EX OFFICINA RITTERIANA,  
A. G. R. M DCC XXXVI.

BIBLIOTECA NAZ.  
ROMA  
VICTORIO EMANUELE





Q. D. B. V.

§. I.



**J**URISPRUDENTIAM cum VIPIANO *a)* iusti atque iniusti scientiam dicere haud dubitat ipse Imperator JUSTINIANVS, *b)* quando Justinianæis novis, quos olim Dupondios ridiculo nomine vocabant, ejusdem insinuat definitionem. Et ne mutuato sermone ipsum ita locutum esse putaveris, alibi *c)* sua mente pronunciatum legimus: *ut rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentia redigatur scientiam.*

§. II. Sunt igitur non infirmi commatis Jurisconsulti, inter quos potissimum eminet acutus ille Sabaudix Præses, Antonius FABER, *d)* nec non celeberrimus Sam. PUFENDORFFIUS, *e)* qui sibi per-

A 2

su-

*a)* L. 10. §. 2. ff. de J. & J.

*b)* §. 1. J. de J. & J.

*c)* L. 1. §. 11. C. de V. J. E.

*d)* In Præfat. ad Rationalia.

*e)* Lib. 1. de J. N. & Gen. cap. 2.

suadent, demonstrationes tam certas, in jure dari, atque in Matthesi.

§. III. Hinc non nullos ex nova juris interpretum classe, qui veram, non simulatam philosophiam profiteri sibi videntur, eo delapsos videas, ut juris disciplinam, quemcunque tandem ex quinque illis habitibus mentis tribuas Jurisprudentiæ, f) melius tractari non posse, quam decantata illa, quam vocant, methodo mathematica. Sic elegantissime juris principia insinuari putant, præmittendo *Definitiones*, subjuciendo *theoremata*, *demonstrationes*, *scholia*, *problemata*, *corollaria*, sive *consectaria* aut *porismata*, *lemmata*, *axiomata*, & quæ sunt alia hujusmodi sexcenta methodi demonstrativæ bellaria. g)

§. IV. Equidem in omni arte & disciplina observandam esse certam harmoniam, ordinem, & methodum accuratam rerum tractandarum, nisi in confusum chaos prolabi, & inexplicabili in labyrintho oberrare velis, nemo facile ibit inficias. Verum objecti naturalis, certi, & harmonia quadam quasi præstabilita constantis, methodum aptam, atque scientiis sive disciplinis theoreticis accommodatam, ad contingentia & practicas doctrinas cogere, affectatam præ se fert docendi & discendi rationem.

§. V. Etenim probe cum ARISTOTELE h) observat Hug. GROTIUS, i) in moralibus, (cum quibus conveniunt civilia,) non æque ut in mathematicis

f) Vid. J. M. VUNVERFAERTH. *Pæd. jurispru. c. 11.*

g) Conf. J. P. REVSCH. *system. log. c. 6. §. 454. seqq.*

h) *1. Eth. Nic. 1.*

i) *de J. B. & P. lib. 2. c. 23. §. 1.*

ticis disciplinis, certitudinem inveniri. Utut vero hunc in modum certitudine sua non sit destituta civilium rerum peritia ac divina nostra Jurisprudencia, non tamen hæc assequitur illum certitudinis gradum, inquit V<sup>N</sup>VERFAERTH, *k*) quem in Mathematicis deprehendere est: Pleræque enim Mathematicarum demonstrationum sunt categoricæ, contra in jurisprudentia hypotheticæ probationes multo sunt frequentissimæ. Imo non protinus conclusio *necessaria*, est etiam *scientifica*, monente B. de LYNCKER. *l*)

Quid enim quod possit *agendum quid præcipere*.

§. VI. Hinc est, quod decantata illa HARMONIA PRAESTABILITA, quam, a LEIBNITION *m*) stabilitam, cum celeberrimo WOLFFIO *n*) ejusve assentibus, *propugnanti* alii, alii *impugnanti*, *o*) alii temperant & defendendo *mollunt*; *p*) cui non absimilis videtur, quem alii finxerunt, *q*) MECHANISMVS, *r*) innovatus

A 3

hodie

- k*) *Pad. Jurispr. c. 10. §. 24. seqq. junct. §. 6. seqq.*
- l*) *Comment. w. lib. 1. tit. 1. §. 40.*
- m*) *In a. 1695. evulgato, Diar. Eruit. Gallico (Journal des Savans.)*
- n*) *In Psycholog. rational. S. 3. c. 1. §. 539. seqq. & S. 3. c. 4. §. 611. sq. Conf. I. P. REVSCH, syst. metaphys. c. 6. §. 805. seqq.*
- o*) *Vid. Anonymi die mit ihr selbst streitende Harmonia der neuen Weltweisen. Zur Erläuterung der unter ihnen über die so genannte Harmon. præstabil. waltenden Streitigkeiten entworfen.*
- p*) *Vid. G. B. BÜLFINGER commentat. hypothet. de Harmonia præstabilita ex mente Ill. Leibnitii, cum solut. object. Foucherii, Baylii, Lamii, Tournemini, Newtonii, Clarkii, & Stablii, 8. 1723. Add. EJVSD. comment. de origine & permissione mali, præcipue moralis, 8. 1724.*
- q*) *Cartesiani. Vid. Autor. des Natur-Lexici, p. 1011. Conf. RYDDEI instit. theol. dogm. p. 463. I. P. REVSCH. syst. metaph. §. 796. sqq.*
- r*) *Vid. D. SYRBLVS instit. philos. prim. P. 1. c. 7. §. 13. seqq.*

hodie in *systemate* CAUSARVM OCCASIONALIVM, s) in naturalibus quidem & mathematicis facilius & aptius quadrare videatur, quam in moralibus, civilibus rebus, & doctrinalibus.

§. VII. Quicquid tamen ejus sit, quod nonnullos hyperphysicos nimio admirandæ illius harmoniæ cæstro ea dementia dicam, an audacia, ceperit, ut, infallibili suæ methodi mathematicæ fiducia, sanctissima omnipotentis Numinis, stupenda fere, & haud quam investigabilia, mysteria perscrutari, quin' & ex solo rationis lumine apodictice quasi demonstrare conentur. t) Alii tamen, quibus non vesana turbavit incipit opinio, provide, & sic exponenda hæc esse dogmata, confitentur, monentque omnes, ut ne influxus, quo Deus operari dignatur cum creaturis, dissolvatur, aut *libertate*, eximantur actiones hominum. u) Alias enim absurdissimum inde nasceretur Confectarium, quasi Deus sit auctor omnium peccatorum & criminum, ita, ut v. c. fur non potuerit non furari; quemadmodum nuper in Dicafterio nostro obveniebat casus, ubi mulier quædam, cui pœna fustigationis ex

t) A MALEBRANCHIO, STURMIO, & al. defenso. Vid. PFAFF. *instit. theol. dogm.* p. 182. sq. BVDDEVSC. l. p. 566. sq. *Unsch. Nachr.* 1716. p. 330.

u) Sic prodit haud ita pridem schediasma: *Tractatus philosophicus, in quo pluralitas personarum in Deitate qua omnes conditiones ex solis rationis principiis methodo mathematicorum demonstrata.* Conf. J. Th. C. *philosophiæ Leibnisiæ & Wolfianæ usus in Theologia, ubi in discours. preliminar. agit de rationis cum revelatione Harmonia.*

w) Vid. HOLLAZ. *exam. theol. acroam.* P. 1. c. 6. p. 486. & omnes nostrates *Theologi Loc. de Libero arbitrio. It. Loc. de Prædestinat. & Provid. Divin.*

ex gratia Principis remissa, vix ex custodia dimissa, iterata committebat furta, excufans se in Inquisitione: *Sie wüßte nicht, wie ihr im Kopfe gewesen, sie könne das Stiehlt nicht lassen, es wäre, als wenn es ihr angethan wäre.*

§. VIII. Harmoniam illam præstabilitam describunt, quod sit commercium quoddam inter animam & corpus, secundum quam (harmoniam) anima & corpus, absque ulla naturali conjunctione sive communionem, in sola metaphysica unione constant, & instar duplicis horologii, spiritualis sc. unius, alterius materialis, sine omni influxu unius partis in alteram, in omnibus suis operationibus, vi alicujus a Deo factæ prædestinationis, modo mere mechanico & concatenatione, necessario invicem concordant. \*)

§. IX. Haud inepta est comparatio & similitudo harmoniæ cum horologiis; horum enim machinamenta ab artifice ita sunt accurate constructa, & singulæ partes ita dispositæ, ut, si vel unica rotula, vel unctus rotulæ, hamulus, retinaculum, pondus, vel simile quid abundet aut deficiat, aut in alterius locum protrudatur, omnis operatio ipsius sistatur; confundatur, & plane inutile chaos reddatur. Forsan nec incongrua videretur similitudo organi sive instrumenti musici, ubi singulæ fistulæ, singulæ chordæ, secundum suos claves & certos tonos ordinari debent, ne, si aliqua deficiat, alia abundet, alia alterius vicem intret, tota cantilena abeat vel desinat in tædiosam disharmoniam.

§. X. Nostrum vero Horologium legale sive *Harmonia præstabilita juris & justitiæ* demorat sapientem legum

\*) Vid. Joach. VAN G. modest. disquis. nov. Philos. system. p. 127.



legum dispositionem & coordinationem, a Summa Majestate subditis præscriptam, ut ea conservata illorum salus stabilietur, ea vero conturbata salus publica vel corruat, vel detrimentum patiat, quo minus ex voto progrediatur. Unde Harmonia ista præstabilita requirit constantem & perpetuam voluntatem suam cuique tribuendi; *y)* cujus virtutis *Socialis & Politica*, vel saltem *Respective* oppositum est unice *Injustitia*. *z)* Nec tamen *Injuria* protinus est, quod *injustitiam* seu *injustum* habet. *a)*

§. XI. In stabiliente istam harmoniam requiritur tum Sapiencia sive Prudentia, tum Potentia, cogendi illos, quibus eadem est præscripta. In Supremo Legislatore eminent *infinita Sapiencia & Omnipotentia*; *b)* in vicario Dei, *c)* puta Legislatore humano & gubernatore reipublicæ, neutrum abesse debet: Nam Imperatoriam majestatem non solum legibus armatam, sed etiam armis decoratam esse oportet, ut utrumque tempus recte possit gubernare. *d)* Neque dubitaverim, sano sensu asserere, quod stabilitor nostræ harmoniæ moralis sit autor delictorum & criminum. *e)*

§. XII. Machinamentum hujus harmoniæ constructum est ex variis rotulis, uncis, retinaculis, ponderibus,

*y)* *pr. J. de Just. & Jur. l. 10. pr. ff. eod.*

*z)* *RACHEL. L. 3. Jurispr. c. 1.*

*a)* *L. B. de LYNCKER. comm. ff. L. 1. t. 1. §. 38.*

*b)* Quæ attributa Dei tam naturalis quam revelatæ Theologiæ DD. uberius exponunt.

*c)* Vid. *HARTVING. metaphys. jurid. c. 2. §. 7. seqq.*

*d)* *princ. Proem. Inst.*

*e)* Vid. *pr. Inst. de suspect. tut. l. 1. §. 2. ff. eod. Conf. LAVTERB. comp. jur. tit. de privat. delict. C. p. m. 650. & Colleg. ff. eod. tit. §. 12.*

deribus, & similibus partibus coordinatis, hoc est, ex diversis, pro dirigendis actionibus hominum, præscriptis legibus; quas ab opifice proximo, (Nam Causa communis & remota, sine qua nihil fit, quod unquam fieri potest, hic nihil confert distinctioni,) & immediato discernimus in *Divinas*, tum *connatas*, quale est *Jus Natura & Gentium*; (Hoc enim rectius ad Divinum cum RIVETO, f) SELDENO, g) GRO-TIO, b) STRUVIO, i) B. de LYNCKER. k) quam ad humanum cum LAVTERBACHIO l) referimus,) tum *revelatas*, quas in *Morales, Ceremoniales, & Forenses* distinguunt communiter; & in *Humanas* seu *positivas*, quæ veniunt nomine *Juris Civilis*.

§. XIII. Hujus duo quasi sunt horologia, amice tamen conspirantia, (ceu harmonia Leibniziana alia dirigit animam, alia corpus;) *Publicum* scilicet & *Privatum*. m) Illud dirigit quasi animam, videlicet regimen majestatis in Personis & Negotiis publicis, veluti regalibus, tam majoribus, quam minoribus. Hoc corpus, i. e. subditorum operationes ad reipublicæ salutem dirigit & tranquillitatem, ut tamen proxime respiciat privatorum quoque utilitatem.

§. XIV. Harmonia illa metaphysica non solum hominem & reliqua animantia, sed & totius mundi

B

mundi

f) In Decalog. Exod. XX. v. 15.

g) L. 1. de J. N. & G. c. 8. seq.

b) De J. B. & P. lib. 3. c. 4. §. 16.

i) Exerc. ff. I. tb. 54. seq.

k) Comm. ad Huber. de Jur. civit. L. 1. c. 1. §. 2. tit. k. & comm. ff. L. 1. t. 1. §. 52. noi. \*

l) Comp. ff. L. 1. t. 1. pag. 6. & Colleg. ff. L. 1. t. 1. §. 32.

m) S. f. J. de J. N. G. & C. & L. 1. §. 2. ff. de J. & J.

mundi machinam, ejusve elementa, coelique sidera & signa concernit. Hic igitur in mentem venit dispositio harmonica Corporis juris civilis Romani. Ita IUSTINIANVS Institutiones suas describit nomine *Elementorum*, n) quas ideo in quatuor libros, ad numerum elementorum physicorum, distribuisse putat post *Accursium Jul. PACIVS*. o) Pandectas in septem divisit partes idem IUSTINIANVS; p) idque non perperam, & sine ratione, sed ob *harmoniam* & numerorum naturam, q) quem ad numerum Planetarum respexisse, conjicit itidem laudatus PACIVS. r) Codicem in duodecim libros distributum, ocularis docet inspectio: idque ad imitationem zodiaci factum esse PACIVS, s) WISSENBACHIVS, t) & ZAVNSCHLIEFERVS, u) nobis persuadere conantur.

§. XV. Legum *Naturalium* harmoniam stabilivit *Lex aeterna Dei*, quas promulgat in animis nostris *ratio humana* simplex, ideoque Jus Naturale describit *Wilb. GROTIUS*, x) quod sit *Lex, quam Deus, ut natura auctor, omnium mortalium cordibus in sevit, ad discernendum honestum a turpi, illud jubens, hoc vetans*. Atque hoc naturale jus a jure divino *moralis*, [quod non nisi accidentali modo promulgandi differre putant *alii y)*] in eo discrepat, quod illud nostro concipiendi modo dicatur se habere *antecedenter ad voluntatem Divinam*,  
hoc

n) §. 4. Proem. Inst.

o) in *Analys. ad d. S. 4. proem. Inst.*

p) L. 2. §. 1. G. de V. J. E.

q) *Constit. Dedit nobis. §. 1. in f. C. d. t.*r) in *Isag. Cod. praef.*s) *d. Isag. Cod. praefat.*t) *ad ff. P. 1. ib. §.*u) *in milit. togar. §. 1.*x) *Princip. Jur. Nat. c. 1. §. 10.*y) ZEPPEL. *tr. de LL. Mos. lib. 1. c. 1.* MEISNER. *tr. de LL. 1. 3. qu. 15.*AMES. *de consf. L. 5. c. 1. §. 28.* LAYTERB. *colleg. ff. L. 1. t. 1. §. 28.*

~~lib~~ vero consequenter ad Dei voluntatem. z) *Jus Gentium* ex necessitante ratione pendet, quæ omnibus, cum discursu, necessitatis scilicet & utilitatis corruptæ & indigæ naturæ humani generis, conjuncta, idem dicitur. a) Utrumque ita præstabilitum est, ut immutabile habeatur, b) diverso tamen respectu: nam *Jus Naturale* adeo immutabile est, ut ne quidem a Deo mutari possit; quippe quod ex *Lege* ipsius æterna transcriptum sit, non possit vero *essentiam* suam mutare Deus: *Jus* vero *Gentium* mutari sua natura posset, subducta hypothesis; qua stante tamen non potest; indeque istud mutari *moraliter* est impossibile. c) De immutabilitate *Juris* moralis Divini, vid. DANNHAVERVS. d)

§. XVI. *Juris Civilis* harmonia subditis præscripta, ab his mutari nequit, nisi quod facto contravenientes actiones suas ita corrumpant, ut vel pro nullis habeantur effectu juris, vel etiam pœnis certis illorum coërceatur temeritas. e) Ipse tamen ordinator quin sæpius in aliam consonantiam leges positivas erigere valeat, f) addendo vel detrahendo *Juri naturali*, g) dubitatio nulla subest. Quam *Mutationem* seu *detractionem* legislationis humanæ pro more suo accuratissime resolvit & disponit L. B. de LYNCKER. h) quem *Præceptorem* nostrum beatum ad cineres usque pie veneramus.

B 2

§. XVII.

z) Vid. L. B. de LYNCKER. *comm. ff. lib. 1. t. 1. §. 50.*

a) B. de LYNCK. c. l. §. 52.      b) §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.*

c) B. de LYNCKER. c. l. §. 56. STRVV. *ex. ff. 1. th. 59.*

d) I. Theolog. *conscient. p. 278.* Conf. LAVTERB. *colleg. ff. L. 1. t. 1. §. 30.*

e) Vid. STRVV. *ex. ff. 2. th. 13. §. 99.* L. B. de LYNCK. *comm. ff. L. 1. t. 3. §. 18.*

f) §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.*      g) L. 6. *pr. ff. de J. & J.*

h) *Comm. ff. L. 1. t. 1. §. 57.* Conf. STRVV. *exerc. ff. 1. th. 58.*

§. XVII. Harmoniam Juris Divini, cum juribus & doctrinis humanis concordantem, ad statum *sacrum* & ecclesiasticum, *Politicum* publicum siue civilem, & *Oeconomicum* seu privatum, per certa axiomata egregie deduxit REINKINGKIVS, i) quatenus instruit iustitiam sacram in stabilienda *Religione*, præfertim vera *Christiana*; politicam publicam, quoad *Officium Regum & Principum*, k) *Consiliariorum*; *Officialium*, & *Ministorum*, l) *Vitam aulicam*, *Subditorum* fidem, rationem & statum *Belli*, *Fæderum*, & *Legationum*; oeconomicam & potissimum *Conjugalem*, monendo denique in *Axiomate penultimo & ultimo*, quatenus homo per actiones impias, inordinatas, & temerarias terminum vitæ non obstante harmonia præstabilita, possit conturbare & abbreviare, redditurus in extremo Dei iudicio actionum & officii sui rationem.

§. XVIII. Ad harmoniam istam divini & humani juris dirigendæ sunt actiones hominum, ut sint iustæ; est enim *Iustitia* convenientia cum legibus, siue dispositio voluntatis & animi hominis ad normam præscriptam & præstabilitam legum. Dicitur autem voluntas *constans & perpetua*, non per otiosam tautologiam, ne una rotula horologii legalis videatur disturbare alteram, sed distincta harmonia, ut constans, h. e. ex recta ratione, intelligatur *intensive*, & cum uno actu habitus non absolvatur, perpetua dicitur *extensive*; m) *Theophilo σαθρηδ ηδ διεκρησ.*

§. XIX. Ne vero tanquam confusum chaos concii-

i) *In der Biblischen Policy.* Add. EIVSB. tr. de R. S. & E.

k) Add. Myler. ab EHRENBACH. *Archologia.*

l) Add. laud. Myler. ab EHRENBACH. *Hyparchologia.*

m) L. B. de LINGK. *comm. ff. L. i. t. i. §. 5. & anal. ad pr. Inst. de J. & J.*

concipiatur perfectissima hæc virtus, n) *unica* illa & *universa* *justitia*, quam CONTIO admonente, o) agnoscere Veteres, in duas iterum *species* abit, *Universalem* scil. & *Particularem*; p) quam harmoniam tamen disturbat ARISTOTELES, q) quando particularem in universali, tanquam *speciem* sub *genere*, vel ut *partem* in *toto*, comprehendendi asserit, & unam quasi rotulam horologii in alteram protrudit, vel chordam aut fistulam diversam in unicum tonum commiscet. Vicissim rotulam aliquam horologii, vel fistulam organi musici subtrahunt, qui *Justitiam* *Universalem* pro complexu *unicæ* *Virtutum* moralium accipiunt, r) cum non has tantum, monente LYNCKERO, s) sed omne *ὑποπόσιον*, adeoque quasilibet civium actiones, & quicquid *præter justitiam particularem*, *jure* & *legibus*, etiam *positivis* præscriptum est, contineat & respiciat.

§. XX. *Particularis* iterum harmonice dispartitur in *Distributivam* & *Communitivam* seu *Correctivam*. Nam bona externa alteri in societate civili tribuenda sunt vel *communia* civibus qua talibus, & distribuenda iter eos, tanquam membra reipublicæ, secundum proportionem *geometricam*; (nam *harmonicam* BODINI) rejicit A. MATTHÆI, u) & HORNEJVS: x) ita ut honores, dignitates, officia, præmia, pro *meritis* personarum; onera, tributa, collectæ, servitia, pro diversa qualitate rerum sint concedenda & imponenda:

B. 3

nenda:

n) Ita eam laudat IUSTINIANYS *Novell. 69. præf.*

o) *L. 2. subseciv. h. Et. c. 7.* p) *L. B. de LYNCK. comm. ff. L. 1. c. 8. §. 8.*

q) *V. Ethic. 1. 2. Conf. HORNEI Phil. mor. L. 3. c. 11. n. 4.*

r) *STRVV. exerc. ff. 1. tb. 17. post ARISTOT. V. Eth. 3.*

s) *Comm. ff. L. 1. t. 1. §. 9. sq.* t) *De Republ. L. 6. c. 6.*

u) *De criminib. p. 875.* x) *Lib. III. Phil. mor. c. 12. n. 8.*

nenda: Quod si contra fiat, harmonia totius civitatis disturbetur. Alia vero sunt *propria* singulorum, citra respectum ad totam compagem, *συναρμογὴν*, civitatis, & dirigenda sunt modo per arithmeticam, modo per geometricam (nam proportio non distinguit species justitiæ,) proportionem. γ)

§. XXI. Plura nunc forent dicenda, & latissimus aperiretur campus exponendi præstabilitam Juris & Justitiæ harmoniam, si ad specialia progredi, temporis & instituti permetteret ratio. Præsertim operæ fortassis pretium esset, ostendere & demonstrare Harmoniam aut Dis-Harmoniam variorum in Imperio Romano-Germanico Jurium stabilitorum, *communium* æque, ut sunt: *Romano-Justinianæum*, z) *Canonicum* sive Pontificium, *Feudale*, veluti *Longobardicum*, *Recessus* sive *Constitutiones Imperii*; ac *particulare* & *Statutorum* diversarum provinciarum sive territoriorum, quin & civitatum systematis Germanici, cujusmodi collectionis periculum fecit diligentissimus & sagacissimus indagator GISEBERTVS. a) Neque minus gratum fore puto, si Judiciorum & magistratum, tum Romanorum tum hodiernorum, aliorumve collegiorum & collegarum, prudentem, concordantem, & exoptatam Harmoniam ostenderem. Nam virtus unita valet. Verum nunc & hic ulterior deductio hujus argumenti oportunius in aliam referatur occasionem. Harmoniam vero universi *studii*  
*juridi-*

γ) Vid. STRUV. *exerc. ff. 1. tb. 18. sqq.* L. B. de LYNCKER. *comm. ff. L. 1. t. 1. §. 17. sqq.* z) Conf. R. F. TELGMANN. *Einleit. zu der Historie der Röm. Rechts-Gelehrsamk.* 8. 1736.

a) In *Justiniano Harmonico*. 4. 1686. *Periculo Statutorum harmonie practica*. 4. 1652. *Deuteronomio Harmon. Israelis*. 4. 1677.

*juridici, tam Theoretici, quasi corporis, quam Practici, ceu animæ, per omnia subsidia & principalem tractationem, præstituit nobis acutissimus, dum viveret, Jurconsultus L. B. de LYNCKER. b) Harmoniam studii Juridici cum studio Theologico ostendit G. G. LEIBNITIVS. c)*

§. XXII. Mea potius officii harmonia me compellit, ut SERENISSIMIS ERNESTINAE PROSAPIAE PRINCIPIBUS, NUTRITORIBUS almæ hujus Salanæ munificentissimis, DOMINIS AC PRINCIPIBUS meis longe clementissimis, devotissimas persolvam grates, quod me subjectissimum Vernam, quem Divina providentia in ipso hoc Musarum gremio jussit nasci, quem optimis hujus Athenæi Doctoribus & Præceptoribus tradidit erudiendum, quem in vitæ academicæ curriculo contra tendicula Sathanæ ita custodivit, ut per totum, quo studiosi vitam vixi, decennium & quod excedit, ne unquam Prorectori vel Senatui castigandum me sistere debuerim, haud dedignati fuerint cooptare in numerum celeberrimæ hujus Academiæ Professorum, atque, pro restabilienda inclytæ Facultatis Juridicæ Harmonia, in locum vacantem *Codicis & Novellarum* Professuræ, ex præstabilita Gratia & Clementiæ harmonia, puta per unanimita vota & conformia conclusa promovere haud dubitaverint. Meam igitur fecero quotidianam præcationem *B. HEIGII, d)* ad eandem *Codicis Justiniani*

b) In aureo opere *Instructorii forensis. Jenæ. fol. 1698.* Cujus nucleum quasi exhibet nr. *Manuductio ad sud. jur. prud. instituat.* 8. 1736. recuf.

c) In *nov. method. discend. docendeque Jurisprud.* 12. 1667.

d) Vid. *Rutg. RVLAND. Planet. Christian. die Mercur. prec. IV.*



nei Professionem vocati. Faxit Supremum Numen, ne otiosum & languidum, sed vegetum & operosum instrumentum illustris hujus sapientiae & justitiae horologii, selectum esse, agnoscant omnes boni! Benedicat ex alto concordantibus vigiliis & consiliis *Serenissimorum Nutritiorum* hujus aliae sedis Apollinis & jucundissimae symphoniae inusarum, confirmet optimam, quam gloriosissimi Fundatores pro gloria Dei & publica salute, per saluberrima & statui academico optime congruentia statuta, stabiliverunt, harmoniam, ne per adversa & disconvenientia disturberetur cogitata. Disponat firmam concordiam, qua parvae res crescunt, in toto corpore omnibusque membris cujuslibet collegii, ut suum cuique lubenter tribuatur!

§. XXIII. Quo vero lectissima Commilitonum corona, (quam vinculo amoris, & concordiae ad studium pacis colliget & colligat, & in harmonia castitatis, temperantiae, & mansuetudinis omnivse justitiae universalis concentu conservet sanctissimum Numen!) praesertim cupida legum Juventus cognoscat, quae in proximum semestre aetivum destinata sit Praelectionum mearum harmonia? eam ita indicare hic convenit. *Publicis* recitationibus monstrabo cujusvis Studiosi Juris, adeoque & Codicis ac Novellarum discipuli, varium Finem & Scopum, requisita genuina Subjecti, & denique Media ipsa & distinctam jura docendi & discendi methodum & rationem; id quod fiet ad normam *Manuductionis meae ad studium juris prudenter tractandum*, nuper recusae. *Privato* studio explicabo *peculiare libros & titulos Codicis*, quorum mentio non fit in *Pandectis*, ita, ut praemissa brevi doctrina *theoretica*, indigetetur *usus practicus*. In studio polemico assistentem me praestabo illis, qui *Disputatoriis* exercitationibus harmoniam profectuum suorum stabilire cupiunt; sive id fiat ad elegantissimas *Huberi Positiones*, sive ad *alium* quaelibet Autorem. *Practico* etiam collegio, ad normam *Introductionis Strykianae cum Meditationibus meis accessoris*, operam dabo, si gratis Substantive & Nominaliter inservire contingat. Alias ad finem propediem deducto collegio *Pandectarum*, pro temporis & aliorum negotiorum ratione, novas hujus studii praelectiones instituerere fortassis licebit. Sic & privatis consiliis cuiusvis honesto juveni paratum me praestabo. Datum e museo d. 8. Aprilis

A. O. R. CI O I O C C X X V I.

— 36 (o) 56 —